



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum XX. Tuæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

tos sit v. g. ut viginti quatuor sint Canonici, & viginti eorum præbendas haberent. Hoc casu Canonici nuper recepti, non extinguuntur, sed consolidantur, & impletur præbendâ. At verò Canonici Canonici mortui jure præbendæ, veluti evacuata vacat, & alteri conferri solet. Qui discursus tunc maximè locum habet, si præbendæ (seu præbendales redditus) in uno communi cumulo sint suo tempore ab Oecono- mo inter Canonicos dividendæ, ut singulis portio congrua, ac debita obveniat, prout hic Innocent. explicat. n. 5.

CAPITULUM XX.

Tuz.

PARAPHRASIS.

Cum non tarò contingeret, ut vacante præbenda propter petentium importunitatem, duo ad eam instituerentur, considerans Innocent. III. si duo eandem præbendam simul obtineant, id adversari Concil. Turonensi præbendarum divisionem prohibenti; sin autem unus solus receptorum, præbendam obtineat, alter autem sub expectatione maneat, hoc Lateranensi Concilio adversari, ideo decernit Papa, talem duorum ad unam vacantem præbendam electionem, seu receptionem, secundum juris rigorem esse cassandam.

SUMMARIUM.

1. Præbenda vacans non potest duobus simul conferri.
2. Quæ secundum exactam juris determinationem observantur, rigor juris nonnunquam dicuntur.

Notandum primò. Si præbenda vacet, non potest ea duobus simul conferri. Ita etiam habetur in c. dilecto 25. hoc. tit. vel enim ita confertur, ut uterque fructuum portionem percipiat, tunc sectio benefici fieret, quæ prohibita est, nisi fiat præcedente Capituli consensu, imò etiam,

interveniante facto divisionis, ita ut sint duo beneficia distincta, prout Innocent. & alij docent in c. Majoribus 8. hoc. tit. vel ita conferretur, ut unus omnes fructus percipiat, alter verò jus expectativæ habeat, id verò repugnat Concil. Lateran. in c. 2. de concess. præbendæ, ubi tales expectativæ sublatae sunt.

Notandum secundò. Juris rigor interdum appellatur, quod secundum exactam juris determinationem, ac veluti apices ejus, verum est. Eodem modo sumitur in c. super litteris 20. de rescriptis.

CAPITULUM XXI.

Nisi.

PARAPHRASIS.

Vacante quodam Prioratu duo electi fuerunt. Hinc orta inter eos controversia, judicibus delegata fuit; in hos partes compromiserunt; judices hi, sive arbitri pro bono pacis statuerunt, ut unus electorum prioratum haberet, alter verò 20. libras annuatim ex Capituli redditibus, & 40. ex proventus prioratus perciperet. Hoc intellecto, scribit Innocent. III. quòd hanc compositionem suspectam haberet, nisi viri providi & honesti essent tam ij, qui ita ordinaverunt, quàm ij, circa quos ordinatio facta est; quare ita Papa discurrit, quòd uni electorum post longam disceptationem prioratus assignatus sit, id ex jurisdictione delegata secundum justitiam, statutum videtur. Quòd verò alteri tot libræ ex Capituli, & Prioratus redditibus, assignatae fuerint, id ex arbitraria potestate præceptum videri debere, cum judices delegati, in quos partes compromiserunt, retenta jurisdictione delegatâ, id pro bono pacis, & utilitatis se ordinasse profiteantur. Quia igitur ordinatio ista ab omnibus recepta est, atque Prior & Capitulum licitè possunt ob causas dictas provisionem illam librarum, non quidem ex partium pactione, sed ex judicium arbitrorum